



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

27 Vtrum honor sit restituendus, & quomodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72459)

tenetur cum iactura sui nominis reuocare; sed sufficit ut illum lauder in eo genere virtutis, vbi infamauit. quod si sic videatur non satis restituta, reliquum poterit pecunia compensare arbitrio prudentum, vel potius remissionem restitutio-
nis pecunia impetrare; si tamen commodè possit, alioquin non tenetur. Ratio est; quia ille plebeius non potest cum ratione exigere, vt ille famam suam tanti momenti amittat; sed debet esse con-
tentus laude, humanitate & muneribus pecunia-
rijs ex arbitrio prudentum. Ita Sotus lib. 4. q. 6.
art. 3. ad quartum. Toleetus lib. 5. cap. 70. Corduba
lib. 1. q. 33. art. 2. Couar. ad regulam Peccatum,
1. p. num. 8. §. Tertiò, adultera, & alij.

Nond, Si bona fide persuasus esse verum &
publicum, narrasti, nec possis sine damno famae
tuæ restituere. dubit. 22.

Decimò, Si reuerata nulla fuit in famia secura, eò
quod infamator est et nullius fidei, (quod sapè
accidit) vel quia illi, apud quos infamauit, scie-
bant similia; ita vt infamia non fuerit notabiliter
aucta.

D V B I T A T I O X X V I I .

Vtrum honor sit restituendus, & quo modo.

139
*Honor la-
datur.*

Notandum est, Honorem ladi contumelias, irrisione, sannis, alapa inflicta, alijque simili-
bus modis, sicut enim honoramus aliquem edito signo, quo testemur eius excellentiam, nosque
cum magnificare, cum quadam nostri submissio-
ne; ita honorem ladiimus edito aliquo signo, quo
testemur eius vilitatem, nosque illi contemne-
re, quod fit modis enumeratis.

140

Dico Primo, Qui iniuste alterius honorem læ-
fit, tenetur ad restitucionem seu satisfactionem,
sive id publicè coram alijs, sive priuatum fecerit
coram illo solo. Est communis DD. Prior pars
patet; quia fecit veram iniuriam contra Iustitiam
commutatiuam.

Dices, Alter nullum accepit damnum ex con-
tumelia, præfertim si nemo alijs id aduerit; ergo
nihil restituendum.

Resp. Esto, non acceperit damnum, tamen illata
est ei vere iniuria, vnde teneris saltem ad satisfac-
tionem, si nolis hoc vocare restitucionem, quod
confirmatur illa sententia Domini, Matth. 5. *Qui*
dixerit fratri suo, Fatue, (id est graue coniunctum)
res erit gehenna ignis; & subiicit Dominus; *Si ergo*
offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris,
quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque
*ibi munus tuum ante altare, & vade prius recovici-*141*
us fratri tuo. vbi manifestè Dominus exigit satis-
factionem, etiam pro contumelia priuata.*

*Damnum
dignitatis.*

Respondeo Secundo, Infern. etiam damnum
quoddam hominum estimatione, non fortuna-
rum, sed dignitatis, dum enim contumelia afficit,
velut labem quandam dignitati irrogas, eamque
quantum in te est, viliorem reddit. Vnde contu-
melia affecti, dicunt honorem & dignitatem suam
laesam & imminutam. Hanc autem laisionem tan-
ti estimant, vt sapè damage fortunarum graui-
ma prepotent, vnde etiam solent maxima indigna-
tione ob hanc iniuriarum commoueri.

142

Dico Secundo, Omissio honoris debiti sup-

rioribus vel æqualibus, non est contra Iustitiam
commutatiuam, sed contra virtutem obseruantia: *Omissio
honoris.*
vnde per se non obligat ad restitucionem. Patet,
quia aliud est non honorare, aliud contumeliam
irrogare.

Dixi, *per se;* quia fieri potest, vt ratione alicuius
contumelie interpretari, quæ illi omissioni con-
iuncta est, obligeris; vt si aliis honorantibus Epi-
scopum, vel Paforem prætereuntem, vñ illum sine
vñlo honoris signo impudenter afpicias.

Dico Tertiò, Qui in alterius absentiā aliquid
fecit vel dixit apud alios in eius contumeliam, te-
netur apud eosdem restitucionem facere, si prob-
abile est aliquid honori ipsius apud eos detrac-
tum. Patet ex iis, quæ sunt dicta de fama. si enim
in animis eorum, dignitas ipsius immunita est, ibi
quoque in instauranda est.

Dico Quartò, Varij sunt modi honoris resti-
tuendi: ex quibus is tantummodo est necessariò *Modi re-
stituendi honoris.*
adhibendus, quo, iudicio prudentis, satifis honoris
violato. Hæc propositio per se patet, & docet eam
Caiet. opif. 31. ref. 13. dub. 5.

Primo, Restitui potest honor amica & honori-
fica salutatione aut compellatione; & hic ferè suf-
ficit Praelatis & Superioribus erga inferiores: &
viris nobilibus erga plebeios, vt rectè Caiet. q. 72.
art. 3. non enim tenetur ij adeò sele demittere, vt
veniant petant, quod expressè D. Augustinus doc-
ter in sua Regula, de Superiribus.

Secundò, Adhibendo ad mensam, dando lo-
cum honorificum, propinando, &c. qui modus
sapè sufficit, etiam inter eos qui sunt paris con-
ditionis.

Tertiò, Petendo veniam: qui modus est effi-
cacissimus; quo debent vti inferiores erga Supe-
riores, & sapè etiam æquales inter se; nam si la-
sus hanc satisfactionem iuste exigat, (vt si graui
contumelia affectus fuerit) nec aliam velit admittere,
tenebitur alter veniam petere, si sit inferior
vel æqualis.

Notandum Primo, Fieri posse, vt non sufficiat
venia petitiō, vt si atroc inuitia viro nobili illata *Si inuria*
sit, tūc enim potest exigi maior humilioatio, v.g. vt *atrox.*

flexis genibus cum fune in collo veniam petas.
sed qui iniuriam intulit, non tenetur eam præstare
ante sententiam Iudicis. sic enim moribus Gen-
tium est receptum, vt etiam pto summis iniutijs
non teneatur quisquam sponte maiorem satisfac-
tionem exhibere, quam humilem veniam petitiō-
nem cum signis doloris. Quod si alter maiorem
exigat, eam per Iudicem curat imponi vel infigi.
Dices, Satisfactione exhibenda est ad æqualitatem.
Resp. Satisfactione pro iniuria dupliciter potest
esse æqualis iniuria. Primo exactè, ita vt gratiam
non habeat admixtam. & haec quia valde diffi-
cili est, infigenda est per Iudicem. Secundò, qua-
dam proportione, sic vt tota ferè nitatur gratia
condonantis: & haec consistit in humili veniam pe-
titione, signisque doloris, estique præstanta, etiam
ante sententiam.

Notandum Secundò, Si petas veniam omni-
um iniuriarum, & alter eam concedat, non
conferi condonatas, nisi eas iniurias, quas veri-
ficerint intendit condonare. Itaque si aliqua il-
lum later, quam si nosset, nollet sine satisfactione
condonare, non conferit eam condonasse;
quia ignorans condonationem reddit iniuriantem.

CAP V